ANNUS VLTIONIS DOMINI IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS...

Filippo Capistrelli



34

ANNVS VLTIONIS DOMINI

In Sacello Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRVCIFIXI

APVD S. MARCELLVM.

PER D. IOANNEM ANTONIVM
COSTA
Presbyterum Tycinensem.

Feria sexta ante Palmas harmonicè expressus.





ROMÆ, Typis Ioannis Francisci Buagni. 1701.
Superiorum permissu.

ARGOMENTO.

L'Anno, di Vendetta del Signore ad Israelle, dalla creatione del Mondo Tremilesimo Centesimo cinquantesimo primo, nella Quinta Età, Regnando nel Trono di Giuda Gioràmo figliuolo di Giosafat e nel Trono d'Israelle altro Gioràmo figlio d'Acabo, essendo Sommo Sacerdote Gioiàda: Non volendo il giustissimo Iddio lasciare impunìta l'idolatria di Acabo e lo scempio da lui ordinato de Profeti à soggestione dell'iniquissima Giezabelle; impone ad Eliseo il Profeta, che unga in Re d'Israelle Ieu figliuolo di Giosafat di Namsi con ordine precettiuo, che vnto che egli sia debba esterminare tutta la Progenie di Acabo.

Seguìto Ieu dalla più parte de Prencipi e del Popolo, Creato in suo Generale Badacer, & vcciso con vn dardo Gioràmo Re d'Israelle, si porta al possesso di Giezraelle, oue Giezabelle regnaua.

Giezabelle per abbattere, senza combattere, Ieu, si arma di Belletti, e pomposi ornamenti, e si asside à vna fenestra del suo Palazzo.

Entrato Ieu trionfante in Giezraelle volge à Giezabelle lo sguardo, chiede chi fosse, e ragguagliatone, la fa precipitare, e doppo qualche tempo nel voler farla sepelire, li significa Badacer, esser stata l'infelice mangiata da'Cani, auueratosi in ciò il predetto da Elia: Onde Ieu si porta al compimento dell'Esterminio di tutta la Casa di Acabo.

Per la cui Stirpe infetta
Scese à Israel d'vn Dio l'alta Vendetta.

PERSONAE.

Iehu filius Iosaphat filij Namsi, Rex Israel.
Badacer eius Dux.
Principes Israel.
Iezabel filia Ithobali Tyriorum, & Sidoniorum Regis, & Coniux Achab Vidua.
Tares Princeps Eunuchorum Iezabel.
Populus Iezrhael.
Eunuchi Iehu.

PARS

PARS PRIOR.

Iez. 
VRGE, congaude Iezrhael,
Regnat in te gloriosa,
Regum filia, Vxor, Mater speciosa.
Iezabele felicior
In Israel non fuit
In Mundo non erit:
Cor inter ardores,
Delicias maiores
Non capit, non querit. Iezabele &c.
Vos ergo Pueri, Ancillæ,
Vt tranquillè viuamus
Ad Lucos nostri Numinis eamus.

Ieh. Sanguinem Prophetarum
Ad Æthera per Riuos lacrymarum
Exorantem,
Clamantem
Audiuit Deus Vltionum,
Per quem ascendit Iehu ad Israel Thronum.
Tuba sonans me requirit
Ad triumphum, ad vindictam:
Mea de manu Deus exquirit
Achab Domum desolatam,
Solo equatam & deuictam. Tuba &c.
Badacer tu me sequere;

Bad. Regis imperia exequi

Fidelem Ducem exhilarat:

Ieh. Vincemus,

Cœlo rebelles omnes opprimemus.

Bad. Eſt Badacer in pectore

Cor ſemper implacabile:

Ad Fremitus,

Ad Gemitus

Siſtit inexorabile. Eſt Badacer &c.

Impetum inimicorum

Iniquorum fugabo,

Diſperdam, diſſipabo,

Vt vmbras ortus lucis:

Meo Regi Anima erit Anima Ducis.

Ieh. Mi Dux,

Bad. Mi Rex,

Ieh. Regnare,

Bad. Triumphare

Ie.& Ba. Speremus è Cœlis:

Ioram cum cecidit

Ieh. Mihi
nunc tradidit
Bad. Tibi

Regium ſceptrum Iſraelis.

Mi Dux &c.

Bad. Hodie vt Iezrahel Populum

Ad te inſpicias pronum,

Vado, Tibi, mi Rex, parare Thronum.

Tar. E meis ocellulis

Diffundens viſcera

Tares

Tares ò Iezabel
Venit ad Te:

Iez. Exponas

Tar. Ioram tuus filius,
Vita ſolutus,
Iacet volutus
Cruore in ſe. E meis &c.

Iez. Siſte, heu me infelix! Baal & Cœli Numina
Mei Nati necem aſperam
Vos adhuc ſuſtuliſtis?
Ah mihi reliquiſtis
Vertere in dira tela amara lumina.
Mulier enim offenſa
Eſt in vindicta ſua ſemper infenſa.
Ira in pectore agitata
Fit incendium e ſcintilla:
Sum Regina, ſum irata,
Mihi erepta eſt mea pupilla.
Ira &c.
Eliam cum ſuis ſocijs,
Et Nabot, vt diſperſit Manus mea,
Sic Iehu augebit Iezabel trophea.

Tar. Tui ſcutum Cordis
Meum adeſt pectus:
Contra vniuerſa
Tuo Regno aduerſa
Tibi concordis
Meus eſt affectus. Tui &c.

Iez. Cor meum per te letabitur,
Cum in Hostium cruore
Suo extincto furore, ira placabitur.
Tar. Meis acquiesce consilijs:
Nam, vt viuere in filijs
Parentibus optatum,
Regibus ita in subditis est datum.
Iez. Timeo
Tar. Spera
Iez. Per te regnare:
Tar. Per me
Iez. Dubia,
Tar. Vera,
Quod spes predicit,
Iez. Mihi dicit lacrimare.
Tar. Tibi consolare. Timeo &c.
Iez. Aduentum Iehu ignotum
Vt mihi notum referas, perquire,
Vade caute require illius mentem,
Vt vincere queam arte artem frequentem.
Tar. Pergo pede sollicito
Mea Domina, Ego seruulus
Occulta penetrare:
Meum famulari est, tuum imperare.
Ieh. Ad quæ me elegit Dominus
Qui Mundi infirmis confundere scit fortia,
Principes à me audistis
Et Ioram in Interitu vidistis.

Pectora

Pectora ergo consortia,
In adimplendo Dei iusta mandata,
Et exhibete Deo corda parata.

Bad. Milites fortes,
In prælio consortes,
Dei mirabilium Nos firmet Memoria:
Sancta pro Lege
Cum Rege certantes
Inuitat festantes Nos Iezrahel gloria.
Milites &c.

Tu Deus, cui Mare & Venti
In sonitu vehementi
Impetus cedunt suos,
Tuo Brachio cum potentia,
Nunc tui Amoris clementia agnosce tuos.

Ieh. Regnator
Gloriæ Dator
Ad Nos conuerte Te:
Pro te dum Nos pugnamus,
Speramus in Tui spe.

Hostes ne timueritis,
Victores, vt fuistis, hodie Vos eritis.

Princ. Vt Impios debellemus
Isr. Ad conflictus, ad Palmas euolemus.
Tar. Sicut Leo in latibulis
Qui abscondite insidiatur,
Sic Tares pes vagatur
Per Agmina inimica,

Ad

Ad explorandum Hoſtes facie amica.
Dogmata aduerſa bonis
Talia Regina dicit, Regia docet,
Simulando
Adulando
Hæc cum blanditur donis
Lingua necat, & nocet;
Ab iſta exulat Probitas,
In ea eſt Virtus ſubdita,
Quia omne ſcelus imperat;
Audax, contumelioſus
Hìc per nequitias ſuas ſurgit glorioſus.

Ab Aula, vt laus,
Eſt fraus amata:
Deſerere Victum, & ſequi Victorem
Eſt Hoſtium furorem
Deuincere & Fata.
Ab Aula &c.

PARS

PARS ALTERA.

Tar. D te Auroram decoram
Me ducit noua Lux;
Quæ vt leta enunciet, leta exurgit Dux.
Mea per ſomnia
Fauſta omnia vidit Mens:
Vidit Iehu in preceps datum,
Et quòd pectus vulneratum
Cruentabat Canum dens. Mea &c.
Iez. Heu qualia fers fatalia?
Tar. Aliena ego ſomniaui, & tu cruciaris?
Tu pro eis lacrimaris?
Regium eia pectus anima.
Iez. Per ſomnia quoque exagitatur Anima.
Cordi præſago
Funeſta Imago auget timores:
Non mea prenuncias
At mihi nuncias merores. Cordi &c.
Tar. Tu falleris....
Iez. Incauta quo me ducit....
Tar. Somniaſti in ſomnijs meis;
Iez. Ego ſomniaui.
Serena hæc dies,
Quo manet quies, adducit
Tar. Regnabis....
Iez. Ad Triumphum me paraui.

Mihi

Mihi
Iez. & Tar. Tibi sceptrum auferenti
Vitam tollam, & Coronam :
Velut Mare Iehu frementi
Metam vltimam imponam. Mihi &c.

Iez. Baal si deprecaberis,
Vt ego victrix sim, tu dominaberis.

Bad. Bellatores
Ad furores
Vestra Corda suscitate :
Iubet Deus, iubet Lex
Tuba clamat, clamat Rex
Arma sumite, pugnate. Bellatores &c.

Ieh. Cunctis & ferro & strage
Impressæ propter Deum sint mortis plagæ.
Non etenim Agnorum
Sed Regum Ducum Principum
Sanguine vult repleri,
Vt Cœtus Populorum
Valeat Iustitiam eius confiteri.
Dei iussa seruanti
Non imperat Mors :
Et Cordi constanti
Est famula Sors.

Bad. Patrio vigore armamini
En Iezrahel, ad triumphum en accessus,
Eia festinate gressus, roboramini;

Ieh. Omnibus deneganda

Nulla

Nulla ſit ſalus Impijs ſperanda.

Iez. Exurge Tares, propera,
Occurre Iehu, accelera,
Finge Triumphanti plaudere; hac inſidia
Iezabel para nunc tuta preſidia.

Pop. Iez. Veni Bellator,
Veni Triumphator,
Rex noſter veni.

Iez. Fac nunc Baalam,
Vt Iehu me diligat,
In me ſiſtant ſuæ pupillæ:
Tunc intenſas
Per me accenſas
Suſtinebit flammas mille. Fac &c.

Sic ſine pugna imbellis triumphabo,
Et in ſolio ſtabo Vrbis captiuæ.

Pop. Iezr. Iehu Rex noſter viue.

Tar. Tu Pacis
Veracis
Largitor, Fundator:
Tu Regni Iſraelis
Electus è Cœlis
Inuictus Regnator. Tu Pacis &c.

Tibi Gloria, & Victoria
Sint Dies, ſint Anni pleni.

Pop. Iezr. Veni &c.

Ieh. Veſtris patet in oculis
Cordis amantis amor,

Quem

Quem mihi Complaudentium firmat Clamor.
Quæ eſt illa, quæ in Turri, vt Sol, luceſcit?
Iez. Viciſti Cor, Iehu propter me langueſcit.
Bad. Iezabel illa eſt, cuius Os improbum
Ad Ritus ſuos impios
Maritum, filios acuit,
Baal in Iſrael expetijt,
Et ſuis blaſphemijs noſtrum Deum impetijt.
Innocentes mactauit,
Iuſtorum cedes mouit,
Stultos promouit, impios exaltauit.
Hæc Reginarum peſſima,
Hæc Mulierum omnium nequiſſima
Agere numquam horruit,
Quod Os referre, auris audire exhorruit.
Per eam . . . .
Ieh. Sat te dixiſſe,
Et me audiſſe ſatis:
Lumina Pietatis
Claudo. Eia Eunuchi nunc ſatagite
E'feneſtra precipitem eam agite.
Iez. Venite Regis Pueri
Regina expectat Vos:
A Vobis comitata
Videbor inter prata
Vt Venuſtatis flos.
Venite &c.
Præter ſpem, præter mentem

Vnde

Vnde hoc mihi? heu in Iezabel sic agitis?
Quæ lex . . . .

Eunuc. Qua imperat Rex,
Tuum exitium adorere:

Iez. Baal, Achab . . . . .

Eun. Consortem
Per mortem sequere:

Iez. Succurre,

Eun. Ad Inferos:

Iez. Festina,

Eun. Declina morere.

Iez. Baal Achab heu heu he. . . . . .

Tar. Non fuere nec laruæ, nec vmbræ,
Quas Cor vidit, dum inspicit Frons:
In momento
Ferali portento
Sic in Vallem redactus est Mons.
Non fuere &c.

Ieh. Ad totam Achab progeniem
Perdendam, eruendam procedamus
Vt Dei iussa impleamus.
Interim Vos adite,
Et maledictam illam sepelite.

Bad. Miseræ infelix exitus
Præiuit Voto tuo;
Eam Canes condidere in sinu suo.

Ieh. & Bad. Elias quę iam prædixit,
In Israel ecce impleta:


Sic

Sic ei, quæ Nos afflixit,
Hæc posita fuit meta.
Elias &c.

Ieh. Ab illa etenim Vena
A qua prorupit culpa, erupit pœna.
Quia DEI RETRIBVTIONIS
Hìc in Israel est ANNVS VLTIONIS.

Tar. Iezabelem Vos, quæ sequimini,
Iezabelem intuemini:
Hæc, quia Iustis Fera fuit,
Lacerata pœnam luit,
Fructum parem impio Semini.
Iezabelem &c.

Ph: Capistrellius.



F I N I S.